Etis non ſolum iis tabulis, quæ ad operis faſtigium videbantur deſiderari, ſed etiam accuratis earundem deſcriptionibus opera & labore Petri Montani affinis mei elaboratis, adeo diſtractum eſt (ſecundam jam editionem in manibus habemus) ut ne unicum mihi quidem exemplar relictum ſit. Sed cum plurimos de magnitudine operis & de ingenti pretio conqueſtos audiſſem: tum quod nec commode ubique circumferri queant, & parentibus ad rem attentioribus plerique vacuis laborent loculis. Mercatoris noſtri Atlantem in minorem formam redegi; ut hac ratione & Geographiæ ſtudioſis adoleſcentibus prodeſſe, & omnem conquerendi cauſam eripere poſſem. Hic vero Majorem Atlantem tam in ipſis Tabulis quam in Deſcriptionibus ſequuti ſumus: niſi quod in calce nonnullas ęvi veteris Tabulas velut Coronidis loco adjunximus. Tu itaque benigne Lector his laboribus noſtris, fruere, fave & vale. Ex Muſæolo noſtro Amſtelodami Idib. Martii CIↃ IↃ CVII.

Longitu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: CIM 7 2020, [12] - -
PUBLIC DOMAIN